


*utkowski et al. vers*

*Brachneki Matthiae: Testificatio votorum  
qua Andreae Sutkowski - applaudit.*

PANEG. et VITAE

Polon. 4<sup>ta</sup>

16300.



# TESTIFICATIO VOTORUM

Quâ

PERILLUSTRI & ADMODUM REVERENDO  
DOMINO

D. ANDREAE JURKOWSKI

JURIS UTRISQUE RECENS CREATO DOCTORI, \* CANONICO COL-  
LEGIATAE SANCTORUM OMNIUM, EJUSDEMQUE PROCURATO-  
RI, IN PLESZOW CURATO, MONTIS PII NOTARIO

CUM EI

MOX LAUDATI DOCTORALIS HONORIS LAUREAM  
PERILLUSTRIS CLARISSIMUS ac ADMODUM REVERENDUS  
DOMINUS

D. M. CAROLUS MARXEN

JURIS UTRISQUE DOCTOR ET PROFESSOR, ARCHIDIACONUS  
COLLEGIATAE SS. GO, PRINCIPIS SCHOLAE REGNI GENERA-  
LIS PROCURATOR, ECCLESIAE S. NICOLAI VESOŁOVIAE PRAE-  
POSITUS, JUDICIORUM, AMPLISSIMI CONSISTORII CRACOVI-  
ENSIS, ASSESSOR,

RITU SOLEMNI CONFERRET

M. MATTHIAS BRACHUCKI

HILOSOPHIAE DOCTOR, SCHOLAE S. FLORIANI SENIOR, AD ECCLESIAM  
ARCHIPRESBYTERALEM POENITENTIARIUS

APPLAUDIT.

ANNO DOMINI 1782. DIE 30. NOVEMBRIS.



\* Die 14. Currentis.

CRACOVIAE

TYPIS SEMINARII EPISCOPALIS ACADEMICI

60.



*Libri Juris Civilis & Canonici quanquam plurimi sunt DOCTOREM  
tamen lumenque desiderant. Cic. Ep. 104. apud Nizolium Verbô: DOCTOR  
pag. mihi 502. Columnâ 2.*



17536 I



# DEDICATIO



Dum TIBI, PERILLUSTRIS & ADMODUM REVERENDE DOMINE, DOMINE MECÆNAS GRATIOSISSIME, novam, DOCTORALIS in UTROQUE JURE HONORIS, accessionem modica gratulationis expressione deferre constitui, cæpi, ut candidè fatear, mihi priùs impensè gratulari, quòd nactus sim ejusmodi tractandi gratulationis rationem, quæ, veræ gratitudinis erga TE meæ, vel leve saltim, palàm faciat omnibus monumentum.

Nam cum ego in annorum meorum, qui præterierunt, tempora respicio, tum in iis, liberalitatis TUÆ satis effusæ & benevoli semper erga me animi, versantur mihi gratissima quovis die ante oculos documenta.

Quorum, si copiosam seriem à juventute mea ad huc commemorare vellem, TIBI, Qui dudum elegisti laudanda potiùs agere quàm laudari, molestior; mihi, ultra modum longior, pagina deniquè huic, justò gravior efficerer.

Ne igitur modestiæ TUÆ in recensendis beneficiis mihi præstitis molestiam afferam, illud TE unum oro atque obtestor, ut Testificationem hanc meam, in signum veræ gratitudinis, quæ TE, quàm diu vixero, strictissimè prosequi teneor, consuetà TIBI benevolentia, recipias. In cujus tractatione, si elogìa TUA percenseo, id utiquè, probis virtutum, literarum & rectè

factorum Amatoribus haud displicere debet; maximè, quia in hanc meam veris-  
simo rerum Aestimatori placuit concedere sententiam CICERONI = Trahimur  
omnes, inquit, laudis studiò & optimus quisquè glorià ducitur. = \*

Fruere igitur **DOCTORALIS** in **UTROQUE JURE EXCELLEN-**  
**TIAE HONORE**, quem **TIBI** virtus, eruditio, Sacri profaniquè labores  
& rectissimè gesta comparaverunt.

Quot quot habes **NOMINI TUO** addictissimos, habes autem plurimos,  
quisquè seorsim & junctim singuli, seros **TIBI** annos, incolumitate, meritis,  
opibus honoribusque plenos candida voluntate precantur. Ita vovet.


**NOMINI HONORIQUE TUO**

Devotissimus

A. O.

**TESTI-**

\* Pro Archia Poëta C. 190.  
ap. Nizol. Verbò. Laus.



# TESTIFICATIO

**A**lma *Themis* (a) Myſtæ dum cingit tempora Lauru  
Cum *Muſis* cunctis (b) Reſtor Apollo venit.  
Eccurſ? forſè moves? referam, precor accipe carmen,

Testantur: DOCTOR præmia digna tulit.

(c) *A P O L L O*.

Scilicet, eſt Hic, ait, (c) qui quondam *Pa'lade* (d) dignus  
Dignus eratquè meo ſumere fonte *melos* (e)

*Tullius* (f) Hunc quondam docuit cum *Socrate*, (g) vera,  
Divus Apollo refert: Munere dignus erit.

(h) *M U S A* 1. *Clio*.

Principis ex *Muſis Chionis* (h) conſulo mentem.

Intulit, ac Carmen ſcribere juſſa meum:

Scilicet, à teneris laudandus, prima ſequutus  
*Caſtra Sophùm* Juvenis (i) qui ingenioſus erat;  
Quemvé, viâ rectæ virtutis *Lex Academi*  
Duxerat, ingeniò, moribùs, arte gravem.

*Clio* favet, talis decoretur murice; tanta  
Promeruit DOCTOR: Præmia digna ferat.

(l) *M U S A* 2. *Thalia*

Expletis *Sophiæ* ſtudiùs cum laude perenni,  
Extunc ad *Themidis* pulpita (k) fecit iter.

Non animò cupidò, quia *Juſtinianus* honores

*Dat*; magis ut nõſet, quod pia *Muſa* canit:

„ Quæris cur creſcant tam magna volumina *Legum*?

„ Eſt ratio. Magnus creſcit in orbe dolus.

Interea Divùm *Placitis* ſtudit pius, \* *Aure*

Excipiens, implens, omnia corde tenens.

Divi *Thalia* (l) videns tanta probitate Clientem,

Tempore nunc apto, munera pulchra dedit.

A

Ter

---

(a) Dea Juſtitie. (b) *Muſæ* 9. leges hic nomina earum. (d) *Pris Neo-*  
*Doſtor in Univerſitate Crac.* Grammaticæ, (e) Poëtice, (f) Rhetoricæ,  
(g) Dialecticæ & Philoſophiæ *Studens.* (i) Philoſophiæ *Baccalaurus-*  
(k.) *Juris Utriuſque* \* & *S. Theologiæ Auditor.*

(m) M U S A. 3. *Melpomene.*

*Tertia Melpomene* (m) memorat quianam Ipse dedisset  
Sanguinis Excelsi dogmata casta Proli. (n)  
Nominis Excelsi Genitor similisque Genitrix  
Cui credunt sobolem, munere, corde favent.  
Hac ratione, Viris placuit dignisque Matronis  
Aulæ, ut quisque suum, quæque suumque velit.

*Melpomene* tandem perfausta sorte canebat:

Principibus placuit, præmia digna feret.

(o) M U S A 4. *Euterpe.*

*Euterpe* (o) pennis in summum vecta *Favonii.* (p)

Summa *Sacerdotis* (q) gloria Patre micat.

Dum celebrat, reddit clementia Numina Cæli.

Prædicat & populus crimina mille fugit (r)

Criminis admissi si quis Sibi corde dolebat. (s)

Instruxit, talem posse videre DEUM.

*Persam*, Christiadum Cælestia Sacra Colentem

Firmavit monitis, consiliisque suis. (t)

Mystra Sacer valeas *Eutepe* signa relinquit,

Altius ut surgas, Laureæ sarta feras.

(w) M U S A 5. *Terpsichore.*

Altius & surgit quia *Pastor* (u) voce Tonantis

Constitit, & posita est (\*) optima forma gregis.

Est ibi, quam posuit Pastor pretiosa supellex,

Numinis ac laudem conciliare potens.

Sunt ibi, crede mihi, plures qui lumina claudent,

Quæ fecit Pastor non peritura, prius.

Hæc mea *Terpsichore* (w) quæ dixi, nonne loquuntur,

Ut Pastor tituli culmina celsa petat?

MUSA

---

(n) Super Illustris olim Palatinidæ Sandomiriæ: Josephi Wielopolski, post  
Capitanei Lanckoronensis, Professor. (p.) Ventus placidissimus (q) Sacerdos  
factus. (r.) Cathedralis & Archipresbyteralis Ordinarius pluribus annis Con-  
cionator erat. (s.) ad B. V. M. Penitentiarius. (t) Erat Abrahamus Elxy-  
dze Nobilis Persa ex Secta Machometis, Catholicus: ad Aulau olim Excellen-  
tissimi Palat. Sandam. Wielopolski, dum Præs. Doctor. ageret ibi Professorem.  
(u.) Curatus in Pleszow. (\*) ex Illo.



(x) M U S A 6. Calliope.

Est pia Calliope (x) miseros quæ subtrahit undis,  
Urbe pia Craciæ, Mons Pius (y) Astra petit.  
Custodem Montis vigilem si noscere cures,  
Excubat Egregius nocte dieque Pater (z)  
Pignora si ponas, sin, dextram porrige, poscens,  
Non vacuïs manibûs, nosco redire soles.  
Calliope similis, qui talia fecerit unquam,  
Vir facit hæc, Celebris, munere dignus erit.

(1.) M U S A 7. Erato.

Munus ego video dignum, quò carius ullum  
Haud inter mundi viscera prima latet.  
Scilicet Ille sibi numerò tot traxit amicos,  
Quot, qui scire velit, computet Astra Poli.  
Hi proin extollunt alià quæ domique Parentem,  
Cunctaque fausta petunt congeminando preces.  
Non Erato (1.) remos celeres oblita venito,  
Quæ quis amicus amat, mûnera fausta vehas.

(5.) M U S A 8. Uranie

Inelyta Canonico dum postulat Ordine Stalla (2.)  
Exceptus gremio protinus Ille suo.  
Multa tulit, fecitque Pater, sudavit & alsit,  
Procurans (3.) Divis splendida Sacra Pius.  
Hæc dicent aciem, dicent Turresque superbæ  
Annibal haud est, qui frangere possit eas (4.)  
Uranie (5.) motus quæ Cæli computat Alma,  
Computet, ut referat, præmia digna Pater.

(6.) M U S A 9. Polyhymnia.

Et Cyrrhæ Regina ferat Polyhymnia (6.) munus,  
Principis ut tituli, Culmine DOCTOR eat.  
Nam si itur meritis, ad præmia magna, laborum,  
Ivit & à meritis munere dignus erit.

Annuit

(y) Lapidea, quam Prlis Neo Doctor splendide, stante suo Notariatu re-  
stauravit, in qua ex certo thesauro succurritur gratis, pignora relinquentibus,  
& personis miserabilibus. (z.) Perill. Neo Doctor. J. U. (2.) Canonicus, Col.  
leg. SS. OO. (3.) Procurator Collegiata. (4.) Tempore suæ Procurati-  
onis steterunt.

Annuit, ac *Astræa* favet (7.) jam vertice Musæ  
*Vittam* & ponite, quam solvere nemo queat  
Possideat Sapiens jam DOCTOR Summa decoris  
Judicis & titulô plurima iustra notet.

## V O T U M.

OCCASIONE SOLENNITATIS S. ANDREÆ AP.  
INDIGETIS PERILLUSTRIS D. DOCTORIS.

Musas interea cunctas de vertice *Pindi* (8)  
Præses Apollo vocat, carmina læta canant.  
ANDREÆE sacrata dies ne Nænia ducat,  
Currite *Pierides* (9.) mandat Apollo & ait:  
Candida *Sicelides* (10.) profundite vota Patrono  
Festa dies quando tota serena nitet.  
Lux hodierna ciet plausus & gaudia dicit  
Ducite festivos terqué quaterqué choros.  
Non licet hïc manibûs modulans deponere plectrum,  
Festaqué muneribûs condecorare juvat.  
Hoc jubet alma dies lætis celebranda *Camænis* (11.)  
Quam proin ornavit carmine, Musa mea.  
ANDREA! meliùs pro Musis, oro, CLIENTI.  
Supplice voce DEUM, singula dicta, roges.  
*Cecini.*

---

(7.) *Iustitiæ Antifista.* & Coronam. *Vitta* ex lana vel lino erat, qua, ap.  
Vet. Romanos, crines constringebantur *Sacrificantium.* inquit *Christopho-*  
*rus Cellarius.* mihi pag: 25. Hinc facile intelliges, locum Actuum Apost:  
C. XIV. v. 12.

(8.) *Mons Thesaliæ Musis & Apollini sacer.* (9.) Alio nomine *Musæ.*

(10.) *idem ac Musæ* (11.) id est *Musis.*





